

# Decis. Aurearum Pars II. Lib. I.

**Apost. 1. Cor. 5.** Quid mihi de his, qui fo-  
ris sunt iudicare. Et quia potestas Ep-  
iscopalis directe respicit corpus Christi  
mythicum, & eius membra, potestas au-  
tem sacramenti Eucharistie directe respi-  
cit corpus Christi uerum, & potestas ba-  
ptizandi non tantum respicit illum solum,  
qui est Ecclesiae membrum, sed etiam il-  
lum, qui nec est, nec fuit Ecclesiae milita-  
ris membrum, id est Vicarius potest ab il-  
lo auferre dignitatem Episcopalem, non  
ramen ab homine potestatem baptizan-  
di, nec a sacerdote potestatem conficien-  
**25** di. Secus autem est tibi de suspensiis, quia  
per priuationem, seu degradationem tol-  
litur potestas, sed per suspensionem pro-  
hibetur potestatis usus. Et ideo si Episco-  
pus suspensus confirmat, uerè confirmata  
remanet, sed confirmingo mortaliter  
peccat, quia uitium potestate, cuius us-  
sus est sibi prohibitus, hoc c. Rich. 4. dist.  
7-q. 2. ar. 2. & Asten. vbi supra.

**Nona. Episcopus**, quando vult chris-  
**26** ma tibi confidere, debet missam celebrare,  
& hoc in Ecclesia cathedrali, nisi ex iusta  
causa impeditur, ext. de celebr. miss. c. te  
referente. Singulis autem annis debet  
in cena Domini nouum christma confi-  
ci, & vetus in Ecclesia cremari, de con-  
fess. distin. 4. c. litteris. Non debet etiam  
cheiloma accipi nisi a propriis Episcopis,  
de confess. dist. 4. c. presbyteri. Et quilibet  
presbyter debet illud accipere quolibet  
anno, vel per se, vel per diaconum, distin.  
95. c. presbyteri. Vnde Abbates pec-  
cant qui accipiunt illud ab aliis, nisi sint  
priuilegiati quod possint accipere a quibus  
velint, ut dicit ibi glossa.

**27 Decima. Confirmationis** tibi sacra-  
mentum non est iterandum, quando confor-  
mandus esset oleo pro christmate vñctus,  
licet Episcopus mortale crimen commis-  
tit, & sit cautel suppendum, quod esset  
omissum, ut habetur in cap. pastoralis, de  
fact. non iter. vbi habetur, non esse iteran-  
dum confirmationem in eo, qui per erro-  
rem fuit non christmate, sed oleo illinitus.  
Quod si quis obuiat, christma ex oleo &  
ballamo esse materiam confirmationis,

& per consequens esse de necessitate co-  
firmationis. Resp. quod intelligitur christ-  
ma esse de ratione praecepti, & significa-  
tionis, non autem de necessitate, & essen-  
tia confirmationis.

**28 Undecima. Episcopus**, qui tibi eun-  
dem confirmaret scienter, non est irregu-  
laris, sicut neque reconfirmatus ignoran-  
ter. Quod secus est de rebaptizante sci-  
ent, & de rebaptizato ignoranter. Nam  
de rebaptizante, vel ministerium preben-  
te, habetur extra de apost. c. 2. de rebapti-  
zato, de confess. dist. 4. c. qui tibi, & ratio-  
nis, quia nullapocina irregularitatis iteran-  
tibus confirmationem imponitur, c. di-  
ctum, c. seq. de confess. dist. 5. ergo sequi-  
tur quod non sit irregularis, cum irregu-  
laritas tantum contrahatur in casibus à  
iure expressis, c. is, qui de sentent. excom.  
in sexto. ita Turrecrem. in d. capit. di-  
ctum, num. 6.

**Duodecima. Confirmationis forma**  
**29** conueniens est tibi. Consigno te signo  
crucis, & confirmo te christmate salutis,  
in nomine Patris, &c. Et ratio est: quia  
illa forma est conueniens forma Sacra-  
menti, per quam, & in qua exprimuntur  
ea, quae sunt necessaria ad sacramentum  
confirmationis. Sed in ista forma expri-  
muntur ea, quae sunt necessaria ad ipsam  
confirmationem, ergo: in confirmatione  
enim est necessaria persona ministri  
conferentis sacramentum, & istud expri-  
mitur, cum dicitur: Contingo, & con-  
firmo. Est insuper ibi necessaria persona  
suscipiens sacramentum, qua exprimi-  
tur, cum dicitur, te. Est ibi etiam necessa-  
ria materia sacramentalis, qua exprimi-  
tur, cum dicitur: Christmate. Est insuper  
necessaria uirtus Dei conferentis ef-  
ficaciam sacramenti, qua exprimitur, cu-  
m dicitur: In nomine Patris, &c.

**Tertiadecima. Cognatio** tibi spiritualis  
causatur, & procedit ex administratione  
baptismi, & confirmationis, & quia tales  
cognitiones spirituales matrimonia im-  
pediunt. Hinc iuxta factorum Canonum  
instituta non plures ad suscipendum in  
fantem in baptismum, quam unus accede-